

pressa, plerumque vero apice plus minus dilatata et depressa, pube incumbente adspersa vel glabra, laevia vel tuberculis exasperata. *M.*

683. CENTAUREA TRICHOCEPHALA M. a BIEB.

- α. ANGUSTIFOLIA:* caule scabro; foliis subintegerrimis scabris, inferioribus lanceolatis, superioribus linear-lanceolatis. — *C. trichocephala M. a Bieb. Fl. taur. 2. p. 344., Suppl. p. 588., DC. Prodr. 6. p. 573., Hohenack. Talysh. p. 46.* — *C. calyc. ciliat. cil. setac. refl. fol. integr., Gmel. Sibir. 2. p. 100. t. 45. fg. 1. et. 2.*
- β. LATIFOLIA:* caule laeviusculo; foliis serratis sublaevisbus, inferioribus late lanceolatis, superioribus oblonge ellipticis.

Hab. *β.* ad mare Caspium, in provincia Talysh, a cl. Hohenacker in ditione Swant reperta. *♀.* *L.*

- 758. CHONDRILLA PIPROSOMA.** Ch. (*Arthrorhynchus*) caule ramosissimo; foliis caulinis linear-filiformibus integerrimis; calathidiis pedunculatis subdecemfloribus; rostro articulato crasso achaenio 4-plo breviorre basi squamulis brevissimis obtusis cineto, parte superiore cum pappo deciduo. — *Ch. graminea Ledeb. fl. alt. IV p. 148 (excl. syn.); Ledeb. Ic. pl. fl. ross. t. 177.* — Species distinctissima achaenii rostro articulato. — Hab. in regionibus altaicis. *M.*

- 759. CHORISEMA.** *Chorizema* Labill. (*Voy. à la recherche de Laperouse Vol. I. p. 403*). Nomen generis, de cuius interpretatione auctor omnino tacet, vix rite intellectum. Derivandum esse videtur a *χωρίς* (quod per se, separatum) et *σημα* (vexillum)-*vexillum separatum*, forte vexillum alio colore praeditum, aut a reliquis petalis distans — et scribendum neque *Chorizema*, neque *Chorozena*, sed *CHORISEMA*, sicut *Brachysema*, *Platysema* etc. *F.*

- 798. CLEMATIS GEBLERIANA.** Vid. *Bong. et Mey. Enum. l. c. N. 1.* — *M.*

837. CONRINGIA PLANISILIQUA *β.* Conf. Schrenk *Enum.*

l. c. p. 97. *Conringia planisiliqua* Schrenk *M.*

- 840. CONVOLVULUS PSEUDO-CANTABRICA.** Conf. Schrenk. *Enum l. c. p. 21.* *Convolvulus pseudocantabricus* Schrenk *M.*

- 846. CONYZA CHILENSIS.** *Conyzza longifolia* H. Paris. eadem est planta. Vagat in hortis etiam s. n. *Blumeae senegalensis* atque *longifoliae*. Conf. cl. Weinmanni not. in *Linnaea XIII p. 154.* *M.*

- 862. CORYDALIS ANGUSTIFOLIA** DC. C. radice tuberosa; caule simplici aut bifurco, prope basin squamigero; foliis 1—3, subbiternatis; bracteis palmatifidis, pedicellis longioribus; petalo postico lateralibus paulo longiore; staminum phalange antica ad medium usque petalo antico adnata; siliqua teretiuscula, linear-lanceolata; seminibus 1—serialibus. — *C. angustifolia DC. Prodr. 1. p. 127. Fumaria angustifolia M. a Bieb. Fl. taur. 2. p. 146.* — Herba 2½—6-pollicaris, primo vere cum Galantho florens. Foliola in lobulos lineares fissa. Racemus 2—16-florus. Calyx nullus. Corolla pallide ochroleuca, 8—12 lin. longa. Lamina petali postici ovata, apice integerrimo, margine prorsus spectante. Siliqua 8—12 lin. longa, fere 1 lin. crassa. Contra Cel. Candolii sententiam optime distincta a sequente *Corydalis bulbosa* DC. *com. altaicissima andina* L.

- 863. CORYDALIS BRACTEATA** Pers. C. radice tuberosa; caule simplici, prope basin squamigero; foliis 2—4, subbiternatis; bracteis palmatifidis, pedicello longioribus; petalo postico lateralibus triente longiore; staminum phalange antica tota libera; siliqua deppressa, ovato-lanceolata, subancipiti; seminibus 2—serialibus. — *C. bracteata Pers. DC. Prodr. 1. p. 128., Ledeb. Fl. alt. 3. p. 243.* — Herba 8—12 pollices alta, Corydali bulbosae maxime, C. nobili autem minime affinis. Foliola in lobulos oblonge ovales fissa. Corolla dilute sulfurea, 12—13 lin. longa. Lamina